



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Sextum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

legis & canonum vacatio seu dispensatio quam S. Trudonis exhibent tabularia: *Dilecto in Christo Ioanni Abbati S. Trudonis salutem in Christo Iesu. Licet salubriter in sacris Canonibus sit statutum, ut singulis personis singula officia committantur. frequenter tamen Personarum consideratis & locorum qualitatibus ac circumstantijs, plures Ecclesie conceduntur vni personæ de gratia speciali: Hinc est quod cum Abbatiam Tuitiensem S. Heriberti tibi commiserimus, ne monasterium S. Trudonis ex Nostra commissione iacturam in spiritualibus, vel temporalibus patiatur tibi legationis qua fungimur auctoritate indulgemus, ut Abbas Tuitiensis existens S. Trudonis remaneas, ut utrumque monasterium & eorum personas auctoritate presentis indulgentie, tanquam proprius Abbas regas & plenam curam eorum habeas in temporalibus & spiritualibus ministrandis.*

Dispensatio
verus
de duabus
dignitatib,

Hoc illi in vita S. Geluci lib. 1. c. 10. elogium datur: *Vir Reuerendissimus & magna in Christi Ecclesia glorie Magister Ioannes Sanctensis fidelis verbi crucis dispensator & moderna expeditionis Hierosolymitana studiosus coadiutor:]* Vnde colligas quam illustre sit Ioannis Abbatis de iam enarrato miraculo ac virtute B. ENGELBERTI testimonium. Obijt ipse Abbas anno 1228. decimo Kalend. Octob.

Caput Sextum.

De Paralytica restituta.

MVLIER diu paralytica, eius nomen appellans, curata est.

Notatio ad Caput Sextum.

MAnuscriptus addit: *In recordationem miraculi, quibus nitebatur baculos obtulit.* Reliqua Surianæ editioni consonant.

Caput